

eius quos in presenti habet utpote in posterum dante Domino a Sarra-
 cenis poterim adipisci, necnon et decimas omnium regalium reddituum
 que ibi ad nos et successores nostros iure regio pertinebunt, necnon et
 Ecclesias de Eznauxore saluo tamen iure Fratrum Ordinis Sancti Jaco-
 bi quibus eam dedimus firmo si quod habent. Onmes tiam Ecclesias que
 hedificate fuerint citra montanna illa que stenduntur de Alcaraz usque
 Muradal et Portum Bonialamel per confinia Castri Dominarum et Salue
 terre, saluo simili iure firmo milicie Saluaterre in Ecclesiis et decimis si
 quod habent. Statuimus ergo ut nulli de successoribus nostris liceat
 hanc nostre institutionis infringere paginam aut ausu temerario uiolare.
 Quod si quis forte fecerit iram Dei Onnipotentis et Beate Uyrginis in-
 currat, et quod presumpserit, effectum careat et cum Datan et Abiron
 quos umos terre absorbit dampnosam sentiant ultionem. Facta carta
 apud Burgis, Era millessima (M) ducentessima (CC) quinquagesima (L)
 prima (I), decimanona die (xix) Augusti, secundo (ii) anno quo Ego, pre-
 dictus Rex A. Regem Cartaginis apud Nauas de Tolosa non meis meritis
 deuici; sed Dei misericordia et meorum auxilio uassallorum.
 Et Ego, Rex A. regnans in Castella et Toletis hanc cartam quam fieri ius-
 si manu propria probo et confirmo.

Rodericus, Toletane Sedis Archiepiscopus Yspaniarum Primas, confirmat
 Tellius, Palentinus Episcopus, confirmat. Didacus, Lupus de faro, con-
 firmat.

Giraldus, Palentinus Episcopus, confirmat. Rodericus Didaci confirmat.
 Melendus, Oxomensis Episcopus, confirmat. Lupus Didaci confirmat.
 Rodericus, Segontinus Episcopus, confirmat. Rodericus Roderici con-
 firmat.

Jhoannes, Calagurritanus Episcopus, confirmat. Gomitis Petri confirmat.
 Garsías, Conquensis Episcopus, confirmat. Gullielmus Gonzalui confir-
 mat.

Dominicus, Abulensis Electus, confirmat. Martín Muñoz confirmat.
 Dominicus, Placentinus Electus, confirmat. Fenssadi, merinus Regis in
 Castella, confirmat.

Petrus Poncii, Domini Regis Notarius, Didaco Garsie existente Cance-
 llario, Petro scriptori scribere iussit.